



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

30 Papa solus dispensat cum irregulari propter oculi parentiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 27 Nono † solus Papa dispensat ab irregulatate ex homicidio etiam casuali , & occulto proveniente , ut quis ad sacros ordines promoveri , & ecclesiastica beneficia obtinere possit , concil. Trident. c.7. de re-34
form. sess. 14.
- 28 Duodecimò † ab irregularitatibus ex delicto ad forum contentiosum deductis , provenientibus , solus Papa potest dispen-35
sare. concil. Trident. in cap. 6. de reform.
sess. 24.
- 29 Undecimò † irregularis propter mem-36
bralicujus mutilationem dispensari non
potest , nisi à Papa , quia quo ad irre-
gularitatem mutilatio homicidio com-
paratur , glos. in clem. in ver. mutilet. de ho-
miciò.
- 30 Duodecimò † qui caret oculo est ir-36
regularis , ita quòd ad Sacerdotium pro-
moveri non potest sine Sedis Aposto-
licæ dispensatione , cap. si evangelica , ss.
dist.
- 31 Decimotertio † Papa solus dispensat
ab irregularitate , quæ contrahitur ex defe-
ctu perfectæ lenitatis , dictando sententiam
continentem peñam sanguinis , qua sequi-
tur morts , vel mutilatio , aut illius executio-
ni auctoritative interestendo , c. sententiam
sanguinis , ubi Abb. numer. 1. & 11. & ibi In-
noc. ne cleric. vel mon. & Navar. in cap. 27.
de quart. spe. irregul. numer. 209. & 210.
tom. 3.
- 32 Decimoquartò † leprosi , morbo ca-
duco laborantes , ac à dæmone obsessi , et-
iam , & semel amentes , lunatici , imbecilles ,
deformes , furiosi , & quali etiam infirmitate
33 corporis † oppressi , quæ notabile scandu-
lum usui ordinum præbeat , sunt irregula-
res , & à Papa solo possunt dispensari , cap.
maritum , 33. dist. cap. percusio , 7. qu. 1. cap.
- derectoribus , &c. ex parte de cler agrot. Na-
var. in cap. 28. num. 202. & 203. & Graff.
decis. aur. cap. 23. par. 1. lib. 4. numer. 29.
& 47.
- 34 Decimoquinto † cum bigamo , qui per
bigamiam irregularis efficitur , cap. debi-
tum , & ibi glossa in verbo , sacramentum ,
de bigam. Iolus Papa dispensat ad bene-
ficia , & ordines suscipiendos , etiam , † ut
fratres milites SS. Mauritiij , & Lazari ,
cum secunda coniuge , vel cum vidua ,
matrimonium contrahere possint , nam
cum unica , & virgine tantum sine dispen-
satione Apostolice matrimonium contra-
here valent , ut in privilegiis Greg. Pa-
pa XIII. eidem ordini concessis , in versi
qui milites .
- Quo † verò ad minores ordines etiam
Episcopum cum bigamo posse dispensare ,
tenet Sot. in 4. sentent. dist. 27. quest. 2.
art. 3. & Graff. decis. aur. dicto cap. 23.
nu. 38. & alij , quos hic recensere odiosum
esset , quia contrarium est verius per text. in
cap. unic. de bigam. in 6. ubi etiam doct. &
concil. Trident. in cap. 17 in fin. sess. 23. & ita
super eod. c. sequ. verbis fuit decisum nem-
pe , an Episcopus sua auctoritate ordinaria
potuerit cum suo subdito viro bigamo , qui
alias cum duabus virginibus , & successivis
temporibus , quæ modò defunctæ sunt ,
matrimonium legitimum contraxerat , &
consummaverat dispensare , ut possit pri-
mam tonsuram , & beneficia simplicia ac-
cipere , neque eidem conferre , prout con-
tulit. Et dato , quòd non potuerit , an ali-
quas , & quas censuras & peñas incurrit ,
tām Episcopus , quām qui fuit promotus :
Sanctissimus D.N. Sixtus ex sententia con-
gregationis respondit , quo ad primum non
posse , quo ad secundum , significandum

N n Epi-

